

4967
c. 2

D. A. G.
DE
SUTURIS VULNERUM
IN GENERE;

172

Quas,
Conf. Nob. Fac. Med. Upsal.
PRÆSIDE,
Viro Illustri & Generosissimo,

D. D. CAROLO LINNÉ,

S. R. M. ARCHIATR. EQ. AUR. DE STELLA POL. MED. ET BOTAN. PROF. R. O.
ACAD. PAR. PETROP. IMP. N. C. HOLM. UPS. LOND. ANGL. FLOR.
BEROL. MONSP. TOLOS. BERN. EDINB. NIDROS. CELL.

PHILADELPH. ZELAND. MEMB.

H. T. RECT. MAGNIFICO,

DISSERTATIONE INAUGURALI MEDICA

In Aud. Car. Maj. D. XXVII. Jun. A. MDCCLXXII,

Horis A. & P. M. Solitis.

Exhibet Auctor

CHRISTIAN ERN. BOECLER,

Stip. Sægl.

Acad. Upsal. CHIRURG. ORDIN.

UPSALIAE,
Typis EDMANNIANIS.

1772

5

REGIÆ. ACADEMIÆ. UPSALIENSIS.

CANCELLARIO.

ILLUSTRISSIMO. EXCELLENTISSIMO.

PROCANCELLARIO.

REVERENDISSIMO. EMINENTISSIMO.

RECTORI.

MAGNIFICO,

SENATUIQUE. ACADEMICO.

AMPLISSIMO.

SACRUM.



Experientia optima rerum Magistra.

§. I.



Quæ manu sanat Medicina ^{a)}, in duo summa discedit capita, quorum alterum DURIORUM; alterum MOLLIUM corporis humani partium vitia exponit ac tollit. Hæ iterum commode in TUMORES & VITIA CONNEXIONIS s; SOLUTIONES CONTINUI, dispescuntur, quarum, quæ vi externa facta, VULNUS, erosione vero ULCUS vocantur. Plures, ob relationes diversas, vulnerum sunt divisiones: Generalissima, eorum respiciens symptomata, in SIMPLICIA & COMPOSITA s. COMPLICATA; pro diverso autem modo, quo inferuntur, in tria abeunt genera 1. PUNCTA, 2. IN-

A 2

CI-

a) Medicinæ veram esse partem ita probat Celsus: Iisdem temporibus in tres partes Medicina diducta est: ut una esset quæ victu: altera, quæ medicamentis: tertia, quæ manu mederetur. *Corn. Celsus de Medicina Præf. Libr. I. p. 3. edit. Almeloveen.* Ab antiquissimis retro temporibus fuit exercitata. cfr. *Boerhaave Stud. Medic. ab Illustr. Hallero editum 1759. p. 709. ad 713. a)*; & opera pervolventes Medicinæ paren-

tis Hippocratis, observamus eum Chirurgica præcepta nequaquam esse aspernatum: Varia enim Chirurgiæ pertractavit capita ex. gr. *De Veneribus capitis. De Ulceribus, De Fistulis, De Fracturis, De Articulis &c.* Vide Hippocrat. oper. omni. Ideoque Medicinæ partes ita connexæ sunt, ut ex toto separari non possint: sed ab eo nomen trahant a quo plurimum petunt. *Corn. Celsi Libr. cit. in præfat, L. V.*

CISA & INFLICTA, 3. CONTUSA *b*). Hæc divisio ad priorem proxime accedit *c*). Vulnerum quatuor etiam observantur tempora: 1. *Hæmorrhagiæ*, 2. *Suppurationis*, 3. *Incarnationis*, 4. *Cicatricis*.

INCISA & INFLICTA, *Simplicia* scilicet, præ ceteris, hæmorrhagiæ tempore imprimis, ob celeriores consolidationem, possunt futuram. Quid in reliquis vulnorum temporibus Chirurgo sit observandum, tradere jam non attinet.

Viam mihi ita sternere volui ad indicandum, cuinam vulnorum generi, quoquo tempore, per futuras sit succurrendum, ut pensum *de futuris vulnorum partium Humani corporis mollium in genere susceptum* absolvam.

Benigniores mihi, L. B. expeto censuram, si non satis elaboratum inveneris opusculum, quod, diro admodum morbo virium passus iacturam & nunc primum convalescens incepti, & exteris jam b. c. D. petiturus terras, festinanti calamo perficere cogor.

§ II.

SUTURA *d*). Encheiresis est chirurgica, qua vulneris labia, ad consolidationem promovendam & deformitatem cicatricis cavendam, uniantur. Artis Autores plurimi futuras in *siccas* & *cruentas* dividunt; siccam nominant aliqui *spuriam e*), cruentam veram. In
firi-

b) Huc etiam nonnulli referunt VENENATA; sed quoniam sub prioribus qua vim illatam commode pertractari possunt, COMPLICATIS re-
 Et us eadem adnumero.

c) cfr. *Nobil. Doct. & Chir. Prof. Ol. Acrel. Afhandling om friska sär* p. 18. & 20. sequ. Binas tantum attuli vulnorum partitiones, quoniam sufficient ad ostendendum,

quænam cruentæ mollium partium solationes futuris sint administrandæ.

d) Medelarum respectu, Chirurgia in duas distinguitur partes; altera, quæ medicamentis, altera quæ manu ægrotis fert opem; hæc iterum quæ manu sola, vel instrumentis operatur.

e) Sed minus adæquate sic-

simplices etiam & compositas a nonnullis distinguntur.

Sequens vero mihi magis arridet futurarum partitio, quam etiam heic tradam. In duas apte distribuuntur ordines.

- | | | |
|---|---------|---------------------|
| } | Ord. 1. | Sutura Incarnativa |
| } | } | Gen: Sut. Sicca. |
| } | } | Gen: Sut. Cruenta, |
| } | } | } Sp. Nodosa, |
| } | } | } Clavata. |
| } | } | } Involuta. |
| } | Ord. 2. | Sutura Restrictiva. |
| } | } | Gen: Enteroraphia. |
| } | } | Ligatura vasorum. |

§. III.

Ordo I. SUTURA INCARNATIVA.

G. SUTURA SICCA f), ubi, emplastro tenacitet adherenti, supra linteum vel alutam extenso, ut inde variae figurae discindantur frustra, vulneris adunantur labia. Alterutri vel utrique margini emplastri, vulnere adaptandi, veterum alii tenuissima ligamina, alii uncinulos g) infuendo adhaerebant, ut vel ligando, vel filamento fortiori uncinulos ab utraque parte leniter constringendo, labia vulneris, quantum necesse, con-

A 3

jun-

eam vocant *spuriam*; omnino enim vera est, quatenus fini obtinendo satisfacit.

f) Improprie haec vulneris conjungendi ratio futura ab autoribus dicitur,

ob usum cum eruenta communem. Emplastra usitata sunt Empl. *Strick*, *Hamb.* *Diachyl. c. gum.* *Polycbr.* *Schytz. &c.* g) Vid. HELSTÈRE *CHIRURG. Tab. IV. Fig. 8. 9. 10.*

jungerent, atque adeo commodius vel adstringerent vel laxarent, pro vulneris habitu.

Cum vero nodi tæniarum & ipsi uncinuli, facta constrictione, vulneris premerent margines, maxime si fascia uniente superinjicienda opus esset, & suppurante largius vulnere, ad singulas innovationes, talia operose præparata esse deberent emplastra, tæniis aut uncinulis instructa: ista jam dudum in usu esse desierunt.

Nostro tempore, emplastro viscido linteis illito, simplices inde forfice abscinduntur lacinia, pro vulneris majori minorive amplitudine *), vel in medio ab utraque parte ope lunatulæ **) incidendo redduntur angustiores, ut si plures simul fuerint adplicandæ, gracilior hæc pars laciniarum vulnere admoveatur, ne oblinimentis suppurationis prorsus impediatur effluxus, sicque pus inclusum calore facile degeneret, quod non tantum curationem impedit, sed vulnus hoc modo ulterius neglectum in ulcus abire facit. Hinc in vulneribus obligandis pars declivior, ob fluxum puris, libera est relinquenda, quod in cura vulnerum generatim quoque est observandum. Emplastris D. PETIT ***) usus est fenestratis, quæ, ceteris sæpius mutatis, remanere possunt; nisi largior suppuratio hujus quoque mutationem postularet b).

Antequam vero hæc adplicentur, aliquantum sanguinis e vulnere recenti defluere permittat Chirurgus, ut lenior evadat inflammatio. Si justo major fuerit hæmorrhagia,

*) l. c. fig. 5.

**) l. c. fig. 3. 4.

***) HEIST. Chir. l. c. fig. 7.

b) Commendat RAVATON, de Vulneribus sclop. &c. p. 506. præ ceteris Emplastris, linteum, cui emplastrum glutinosum est illitum, in for-
mam splenii gracilioris complicatum,

ita ut emplastrum intus maneat, præter ultimam plicaturam, ubi latus emplastro illitum extrorsum vertitur & cuti admoveatur. Ejusmodi splenia ab utraque parte vulnere adplicat & fascia unienti hiantia solutarum partium labia adunat.

rhagia, illa prius sistenda & coagula sanguinis crassiora, digito tantum, methodo RAVATONIS *i*), tollenda; nimis enim exacta lavatio novam facile excitat hæmorrhagiam, dolorem & inflammationem insequentem, alia ut taceam incommoda. Si quæ vulneri sint illapsa heterogenea, caute quoque extrahenda. Si pili in loco adfecto fuerint, prius abradendi, ne emplastrum adhærens supervacuum ægroto in mutationibus adferat dolorem; cuti etiam pilis orbatae melius adhærescit emplastrum. Vulneris labia exacte naturali situ sibi respondentia adducantur.

Adhibetur hæc sutura generatim in vulneribus non admodum profundis, velut in facie, ubi, ex præscripto autorum, hæc maxime utendum, ut cum dolore evitentur cicatrices futuram cruentam insecuturæ. In profundioribus etiam, sed longitudinalibus, hæc cum spleniis graduatis & fascia uniente sufficit. Suturae quoque cruentæ multum opitulatur suffulciendæ, ne filamenta margines discendant vulneris, unde deformes cicatrices, ut FELIX WYRTZ memorat *).

Adplicatio *k*) fit hunc in modum: postquam labia in vulneribus minoribus ab ipso Chirurgo altera manu sunt adducta, imponitur emplastri, vulneris magnitudini adæquati antea ad *turibulum* *l*) calefactæ, extre-

i) De Vuln. sclop. Incis. & punct. vers. germ. p. 512.

*) cfr. Chirurgia p. 46.

k) Præteriti fortassis potuerat hæc encheiresis, ut simplicissima, lippis & tonsoribus nota, sed cum Chirurgiæ scriptores futuris hanc adnumerarunt, & ad vulnera consolidanda multum adfert utilitatis, prætermittere nolui.

l) Quod ad vulnera præsertim majora & profundiora obliganda semper adesse debet, ut in mutatione fasciarum, calore aër rarefiat, sicque mitius in vulnus agat. Omnis aura frigida vulneri admissa, vasorum laceratorum adstringit fines, liquorem alioquin depromentes, quo natura vasorum elongationem fovet ac promovet, una cum intervenien-

cremitas alterutra, parti vulneris averſæ primum adfigi-
 tur, quam deinde quatuor alterius manus digitis junctim
 expansis, levi preſſione apprimat, ac ad cohæſionem fir-
 miorẽ retinet, uſque dum leniore tractione apprehen-
 dit alteram dimidiam emplaſtri partem alligaturam, pol-
 lice ſimul ejuſdem manus, quæ extremitatem tenet pri-
 mam affixam, alterum vulneris labium caute & adcu-
 rate adjungens priori, poſtea hanc etiam, ut dictum eſt,
 emplaſtri figit partem. Si vero amplius eſt vulnus, quam
 ut Chirurgus ipſe vulneris labia adducere poſſit, dexter
 requiritur adjutor, qui expansis æquabiliter digitis, non
 tantum teneat alterum emplaſtri glutinantis limitem, at-
 que leniter & adcurate ad ſe invicem comprimendo ad-
 ducat labia vulneris: ſed etiam eodem modo, alteras ad-
 hærentis emplaſtri extremitates retineat; donec, quot requi-
 rit vulnus, ſint adfixa. Ad novationes deligationis idem,
 quamdiu neceſſum videtur Chirurgo, etiam in futura
 cruenta obſervari debet. Poſt primam adplicationem re-
 manet vindictura, uſque dum perfecte acceſſerit ſuppu-
 ratio. Quando ſunt removenda, ſpongia & aqua frigida,
 emplaſtrorum limina, ſuadente PLATTNERO, hume-
 ctanda, levi ad cutem tractu, ſines primum, verſus vul-
 nus relaxari debent. His vero ad ſuperficiem vulneris
 levatis, quod reſtat levi motu huc & illuc factò, demit-
 tur; dum adjutor interea, ut dixi, ſuas peragit partes.
 Vulneris deligatio hoc peragitur modo, quamdiu ſuppu-
 ratio durat & uſque dum labia ſauciatæ partis reperiun-
 tur coadunita. In ſanatione labii leporini futuram in-

VO-

te telæ cellulofæ expansione, quæ per-
 peram pro novo carnis generatione ac-
 cipitur. cfr. PALUCCI *methodus cu-
 rand. Fiſt. lachr. p. 64.* & doctè de
 hac re, pro more ſuo diſſerit Il-
 luſtriſſimus VAN SVIETEN, In

Comment. in BOERHAAVE A-
 phoriſm. 190. & hæc quoque ra-
 tio eſt, cur in amputationibus, & a-
 liis operationibus, cuti, ſi fieri poſſit,
 ſollicite parcat.

volutam alioquin usitatam DN. LOUIS non adhibet, sed futura sicca, & ope instrumenti in finem hunc inventi curationem perficit. Suturam siccam plane sufficere D. FRANCO SYLVIUS existimavit. Sed in obliquis & transversalibus vulneribus, quæ musculorum profundius penetraverunt substantiam, finem, ut satis constat experientia teste, futura sicca non adsequitur; unde statim absque alio tentamine, ad cruentam confugiendum est futuram.

§. IV.

SUTURA CRUENTA, *alterum incarnativarum genus*, est operatio Chirurgica, qua manu experta vulneris labia acu & appropriato filo ad faciliorem celeriorumque consolidationem studio adunantur. Apte huc quadrat illud GALENI:

Acia m) vulneribus commoda.

Comm. in HIPPOCR. L. Κατ' ἰσχυρίων.

Requiruntur acus usitatæ, diversæ magnitudinis, magis vel minus curvæ, etiam ex rectis crassiores & subtiliores, omnes optimo præditæ mucrone, parte plana bene politæ & margines latitudine proportionata rite incidentes, ut foramen cum filo facile & cito transeat. *Fila* in hunc usum adhibenda, partim simplicia sunt ex ferico vel linteo filamentis, partim plura ex subtilioribus vel crassioribus filamentis, quæ cerata juxta se ponuntur, ut formam latioris aut angustioris tæniæ accipiant; tandem bene cerata allidendo levigantur n): & hæc pariter atque acus, pro inventa vulneris profunditate, eli-

B

gun-

m) *Acia* vocatur filum per acus foramen transiectum, quo ad invicem adducuntur oræ partis dissectæ
Libr. & l. c.

n) Ne putredo filamenta cito dissolvat, sed quam diutissime plana existant, (teretia enim fila facile perfecant), neque junctim tenacitatem amittant.

guntur. Acuarius *o*), Cylindri *p*), Splenia parva, quæ nodis subjiciuntur. Observatur ante applicationem, quod pars vulnerata ita collocetur, ut relaxati sint muscoli *q*), &, quantum fieri possit, ægrotus commode jaceat: sed ita tamen, ut Chirurgus in operando non impediatur. Ante omnia vero scire necessum est, ubi futura locum non habeat, quod ex parte constat ex dictis de Sutura in genere §. 2:da. Sic in incisæ & inflis complicatis futura non est adhibenda, neque in simplicibus, quæ cum perditione substantiæ magna sunt conjuncta. PIBRAC & FABER *de Sanatione vulneris cum substantiæ jactura r*). Ubi magna arteria secta, primum illa subliganda est. Neque ubi ex Anatomia trajetus vasorum capitalium, nervorum &c. cognoscitur vicinus: Unde digito pruden-

o) *Port aiguille* Gallice, jam non usurpatur, aliquantum tamen habet commoditatis, si non in digitis Chirurghi satis est roboris, ad acum per fundum profundiorum vulnerum & ad eandem distantiam, qua ab altera parte inferebatur, ab altero & adverso margine per cutem tenacem & duram, accurate dirigendam. Hinc ejus usum approbat PLATTNER *Chir. rat.* §. §. 401. 711. HEIST. *L. cit.* Tab. VI. fig. 3. & 4.

p) *Chevilles* Gallice dicuntur; parantur e ligno pennæ anserinæ crassitie, quibus postea linteum emplastro viscido illitum super inducitur. Pennæ in casu necessitatis etiam adhiberi possunt. Meliora sunt, quæ ex tali linteis, ad eandem crassitiem arte convolvuntur, emplastro introrsum converso. Hæc vulnus non premunt, uti bacilli lignei vel pennæ, sed sese paulatim remittunt,

Cylindrorum ejusmodi emendationem a D:NO RAVATON factam, præ nominatis, valde probo, nempe ut foramen adsit, per quod filum trahatur, cujus deinde diffinditur extremitas, & adnectitur primum filamenti crassioris portiuncula, ne transeat nodus, deinde ansis duplicatis nettitur (en rosette); cetera, ut antea dictum. Utitur quoque breviori quodam Cylindro pro quavis futura. *L. cit.* P. 4. Sect. I. Cap. 2. & Tab. 7. Fig. A.

q) Si tensio Musculi dissecti admodum fortis fuerit; e. gr. in vulnere extensorum vel flexorum femoris vel brachii athleticæ, possumus ope adjutorum, qui manibus apprehendant vulneris margines, donec futura est applicata, cui fascia uniens adjicitur, illos reducere.

r) *Memoire de l'Academ. Royal de Chirurg.*

ter explorandum vulnus, ne acu malum in pejus mutetur. Ligari non debent, quæ valde sunt inflammata, aut dudum suppurantia. Nec ubi os periostio est nudatum s). Neque in vulneribus longitudinalibus, ubi sutura sicca cum fascia uniente sufficit; neque in illis, quæ penetrarunt cavitatem, ut sanguis copiosior in illam effundatur. Observandum quoque, quod sutura cruenta, non secundum vulneris, sed secundum fibrarum directionem dirigi debeat. Neque in vulneribus pectoris, ubi sutura vulneris labia, respirationis motu, facile perumpit.

Contra in incisus & inflatis simplicibus sutura cruenta est adplicanda, ubi in substantiam musculorum vulnus profunde penetravit; item ubi angulos habet aut laciniam; sic etiam in vulnere faciei t), e. gr. bucca transversum secta. In labiorum vulneribus, etiam si fuerint cum deperditione substantiæ; remittere enim possunt. *vid. infr. in futur. invol.* Vulnera musculi pectoralis acia ligantur: quamvis hic pectori incubet, non tamen est respirationis musculus; heic tantum requiritur, ut brachium non moveatur. In ligando videndum est, ne nimis constringantur fila, unde dolor & inflammatio oritur. Hinc filamentum ita netendum, ut laxari possit, donec symptomata fuerint sedata, & postea caute, quantum satis, adstringi. Etiam heic observandam, §. 3. ut loco vulneris maxime declivi, post adpli-

B 2

ca-

s) Adhibuit nihilominus PLATTNER futuram cruentam, sed hac tamen cum cautela, quod vulnere nuper facta erat, & aër in vulnere nullam produxerat mutationem, nec alia aderant contraindicantia *L. cit. §. §. 397. 405.*
 t) DE LA MOTTE *Chir. Tom. 2. obs. 182. &c.* sed in *obs. 189.* ubi in rustico ad obligandum vulnus lacinosum faciei, novem faciendæ erant futuræ cruentæ.

catam futuram, molli & rara turunda linteï rasi immit-
titur, ne pus retineatur. Ubi adest tempus tollendi fi-
lamenta, *cfr.* RAVATON *L. c. p. 579.* nodi forfice a-
cuminata caute abscindendi, & retrorsum versus vulnus
extrahendi duos inter digitos, qui vulneri innitantur: &
hoc modo unum post alterum, ut ratio vulneris permi-
ferit, extrahendum.

§. V.

In ordine cruentarum incarnatarum §. 2. prima spe-
cies est SUTURA NODOSA, interscissa, *Gall.* entrecou-
pée, *germ.* Knopfnath. Sutararum hæc species sæpe obvi-
a. Quo heic profundius vulnus, eo magis curva & for-
tis erit acus, filoque capaci prædita. Ipsa encheire-
sis, quam concinne describit BERTRANDUS, sequenti
instituitur modo: *Le Chirurgien pliant la premiere phalange
du doigt index & du doigt du milieu, formera un demi-canal
dans lesquels il posera son aiguille comme dans un fillon,
de maniere que la plus grand moitié de l'aiguille soit du côté
du doigt index; il tiendra le pouce sur la partie la moins cour-
be de l'aiguille. - - il appuyera les deux derniers doigts
sur la partie, portera son aiguille sur une des lèvres, péné-
trant obliquement & peu à peu jusques dans son fond: alors
il appliquera la main gauche à plat sur l'autre lèvre pour
la tenir plus ferme, & fera sortir l'aiguille de l'autre côté
par le fond de la solution de continuité, & à égale distance.*
Traité des operations de Chirurgie p. 3. 4.

Ut fundus vulneris sutura comprehendatur, necessa-
rium est. Hujus enim rei intermissæ exempla adducit
FELIX WYRTZ *L. cit.* quod nempe vulnus in superfi-
cie fuerat sanatum, & in quantum oræ ope futuræ erant
coadunatæ: sed pus impedito effluxu in fundo collectum,
cellulosam penetrando, sinuositates efficiebat; quæ per
incuriam ulteriorem in fistulam degenerabant. Ulterius ob-

observandum, quod quo profundius sit vulnus, eo latius a margine vulneris, usque ad latitudinem pollicis, fiat acu pertusio. Hæc vero prima fit ex BERTRANDI præscripto: *Le premier point de suture doit toujours se faire à la partie la plus mobile du Muscule - - - L. cit. p. 4.* Si plures ejusmodi vulnus suturas postulat, æqualis inter illas sit distantia; in majoribus vulneribus latum pollicem & supra, in facie propiores. Omnes acus iustus SOLINGIUS primum immittit, quotquot ad consolidationem vulneris requiruntur; dein connectitur media quæ primum adplicatur. *) PLATTNER ordinis earum nullam habet rationem, sed connectit primum, ubi ora maxime distant L. c. §. 401. Filis adplicatis, nodus fit duplici convolutione, non super vulnus, sed ab alterutro latere vulneris, si perpendiculare fuerit: at si obliquum aut transversale, a parte superiori. Parvum splenium subjicitur ante primam adstrictionem; dum filamenta adplicantur, adstrictio fit, labia interim ab adjutore conjunguntur: tandem nodi necuntur solubiliores. LEVRET **) hanc adhibet in ruptura perinæi parturientium & eam vocat *suture rectovaginale*. CORN. CELSUS ***) hac futura vulnera abdominis ligavit: sed cum facile elidi possit, clavata jam est in usu. In vulneribus angulatis, ligatura in angulis primum instituitur.

In utroque satis longi fili extremo adhiberi potest acus, quod in *gastrographia* fieri solet, ubi utraque illarum ligatur utrumvis vulneris latus, a fundo extrorsum. Si nodosa sine elisione effectum non præstare intelligitur, sequens ut magis sustentans adhibeatur futura.

SUTURA FIBULATA, clavata, pennata, Gallis en-

B 3

che-

*) Ejusdem *manuale operationum* |
der Chirurgie. Pars 4ta Cap. 12.

**) Ejusdem *L'art d'accoucher* |
ment. p. 23.

***) L. VII. cap. 16.

chevillée, ou enplumée; germ. Zapfen nath, Incarnativæ cruentæ altera species est. §. p. u). Hæc adhibetur in vulneribus admodum profundis *). Post adhibitionem diffinditur ligamen duplicatum, (si plura suis locis trajecta fuerint, omnia ab una primum parte dividenda), bifurcationi ejus injicitur bacillus vel cylindricum linteum §. p. cui extremitas fili nodo adnectitur replicabili. Dum fibulæ, per filamina, quæ alterum oppositam transeunt vulneris marginem, adstringuntur, labia vulneris adducuntur, postea proceditur in ceteris, uti in sutura nodosa. Si hæc sutura in abdominis perficitur vulneribus, *Gastroraphia* audit. Si vulnus cavitatem simpliciter penetravit, ligatur: sed si tubi intestinalis quædam pars simul fuerit læsa, prius consuenda est ejus vulneris apertura. Cfr. infra de enteroraphia (§. 6.). Si prolapsum omentum sit nigrum & mortificatum, in viva ligandum parte, jubent autores quidam, alii vero improbant.

Una, vel rectius duplici ab utroque fili complicati (§. 4.) extremo, acu forti & curvata, ad præscriptam GARENGETI de *Gastroraph.*, adplicationis maturandæ causa. Extensis junctim digitis alterius manus elevatur margo vulneris jam ligandus, & versus apicem digiti indicis occultatur mucro acus, ne quod viscus, quando in cavitatem ingeritur, lædatur. Antequam acus ad pertusionem admovetur, dispiciendum est, ut istus pollicis latitudine distet a margine, & simul peritoneum v) acu

com-

u) DIONIS clavatam futuram rejicit: nous en supprimons comme trop cruelles & tout a fait inutiles &c. uti jacent verba: *Cours d'opérations de Chirurgie par de la FAYE.* p. 60. 61. Sed contrariam recentium practitorum adfert sententiam de la FAYE, in not. a) ad hunc locum.

*) PALFYN. *Chir.* cap. 6. RAVATON L. cit. p. 507.

v) Peritonei non quidem inter se margines consolidantur PLATTNER L. cit. §. 704. *) Sed illud nihilominus futura comprehendendum est, quia cicatrici externarum vulneris partium innexum, impedit

comprehendatur. Pergitur ab utraque parte ab interiore extrorsum, secundum hoc CELSI *): neque summæ cutis, neque interioris membranæ per se satis proficit, sed utriusque. Adhibetur etiam hæc sutura post operationem Cæsaream & Herniæ ventralis.

SUTURA INVOLUTA, tertia incarn. cruent. species etiam intorta, (*Gallice éntortillée*), vocatur. Acus heic rectas aliquantulum planas, auro prope mucronem incrustatas adhibent nonnulli: alii ex alio metallo confectas & bene auratas priorum loco applicant, etiam ex calybe: sed ex his x) non raro secuta est gangræna vulneris; præterea non tam facile extrahuntur. Hæc suturæ species in operat. Labii Leporini veri, etiam accidentalis, usurpatur.

Prout labium magis minusve est latum, duo vel tres adhibentur acus. Quarum prima, cessante fluxu sanguinis, infimo vulneris immittitur loco, ubi crassior illa exterior pars attingit ruborem labrorum, duas vel tres lineas a margine sauciato, ita quidem, ut interiorem fere labii tangant superficiem. Acubus immisiss obducitur illa, quæ primum ingerebatur, filo primum circulariter *) dein flexuose vel decussatim **); acuum interstitiis glutinans adplicatur emplastrum, utrisque acuum extremis supponuntur parva oleo imbuta spleniola, ne malis inferatur noxa, atque ut, ex præscripto multorum autorum, tollere non opus sit mucrones. Hinc longioribus & brevi-

molestiam, quam intestina alioquin sua efficerent pressione, herniam nempe ventralem fere inevitabilem. RA. VATONIS heic facta emendatio usitate futuræ præferenda. *L. cit. p.*

507. 519.

*) *L. cit. L. VII. cap. 16.*

x) *cf. Orat. D. Prof. OL. ACREL* dum alterum præsidium in Regia Academia scientiarum deponeret, de operationibus Chirurgicis abbreviandis.

*) *JUNK. consp. Chir.*

***) *HEIST. L. cit. T. IV.*

Fig. 21. 22.

oribus instructus sit acubus Chirurgus, pro labii & vulneris indole. Si quæ substantiæ fuerit deperditio, absterrere tamen nos non debet a consolidatione quærenda y).

Filum semper isti primum demitur acui, quæ vulneris continuit margines naso proximos, & acus simul extrahitur, non vero, ut vult GARENGEOT, per diem post evulsum filum relinquitur; cum sic semper sit difficilior extractio.

Ne mireris peculiaria quædam non adduci de sutura z) tendinum.

Etenim 1:mo rejiciunt multi, alii commendant; ab antiquissimis temporibus GALENUS hanc improbat ob sensibilitatem tendinum; ex recentioribus QUESNAI *) nullam heic necessariam esse futuram contendit. RAVATON illam rejicit **) ut inutilem, dolorosam & noxiam. AVICENNA vero acia usus est felici successu, cui ELLER ***) & BILGUER in egregio, de vulneribus recentibus, Libro, album addit calculum.

z. Quo-

y) cfr. Prof. OL. ACREL *obs. Chir.* p. 23. CELSUS hoc subministrat consilium: id quod curtatum est in quadratum redigere, - - (Feliciter cum successu hoc secutus est monitum b. m. & dum viveret Chirurgus dexterrimus DN. HIERTZELL. cfr. casum in *Actis Academ. Scient. Holm.* 1756. p. 270.). Si non satis junguntur, ultra lineas, quas ante fecimus alias duas lunatas, & ad plagam conversas imittere *L. cit. L. VII. cap. 9.* Omnia demum quæ futuram fulciunt, adhibenda, ut emplastrum glutinans, spleniola graduata, fascia uniens, quies ægroti. Nonnulli, ut GARENGEOT & ELLER hanc futuram in infantibus discedent; sed optimo successu usur-

pata fuit in infantibus decem hebdomadam, ut ROONHUYSEN in suis *obs. Chirurgicis* memorat; & Prof. Q. ACREL hanc in infante novem mensium adhibuit. cfr. *Act. Acad. Scient. Holm.* 1758. p. 159.

z) Acus, quæ heic adhibentur, curvæ quidem sunt, sed secantes parte concava & convexa, planæ vero ab uno latere ad alterum. Pertusio variis fit modis ab extra ad intra, ab intra ad extra, ab uno latere tendinis ad alterum. De Sutura tendin. fuse disserit HEISTER. *Chir. cap.* 173.

*) *Trait. de gangr.* p. 160.

**) *L. cit.* p. 502.

***) *Chirurg.* p. 371.

2:do. Quoniam heic adhibetur sutura vel nodosa vel clavata, cum pluribus variationibus antea pertractatis.

§. VI.

Ordo II. SUTURA RESTRICTIVA.

ENTERORAPHIA hujus ordinis primum est Genus. Huic adnumeratur *sutura pellionum*, quæ jam exolevit a). Ejus vero locum *Ansata* in vulneratis intestinis obtinet. Si intestinum prodierit extra partium externarum vulnus, & simul ab eo incarceratum fuerit, ita suadet CELSUS: *Si angustius vulnus est, quam ut intestina refundantur, incidendum, donec satis pateat b)*. Varia ad dilatandum abdominis vulnus, dum incarcerat prolapsa intestina, sunt excogitata; ut specillum allatum, MORANDI forfex, bistouri Royal &c. Si in parte inferiori ventris est vulnus, sursum dilatandum, sed in parte superiori, deorsum c).

Si intestinum instrumento secante sine substantiæ deperditione fuerit vulneratum, sutura obtinet ansata: quomodo collocari ægrotus debeat Celsus docet *). Margines intestini ad curate ad se invicem junguntur, atque ab altera parte tenentur molli linteo inter pollicem & indicem; Chirurgus eodem modo alteram tenet; sutura fit alterutra manu, prout commodum fuerit; acus heic recta, mucrone trifido sit instructa, filum simplex sericeum, æquabile, ceratum, longum.

Pertusio fit integra a margine linea, & inter singulos

a) GORTER Chir. repurg. §. 1215.
 b) L. cit. L. vij. Cap. 16.
 c) Chir. repurg. §. 1246. ulterius de hac re vide *Bertrandi Traité des operat. Chirurgie: p. 10* Peritoneo in dilatationibus parcendum monet *Eller Chir. p. 364*. Si sibi-

lus in vulnere abdominis penetrati auditur, intestinum læsum est, si simul Chymus aut feces effluunt, tanto hoc certius. *Bilguer. L. Cit. p. 777*. inter signa etiam intestini læsi est, si prolapsum flaccescit & contrahitur.

*) l. c.

los ictus tres erunt lineæ. Anſæ, quæ non, ut in futura pel-
lionum, adſtringuntur; ſed adeo laxæ reliquuntur ut ma-
nus commode tranſire poſſit, & ſuſtinentur ab adju-
tore, donec factæ ſunt pertuſiones. Forſice in medio diſcindun-
tur anſæ & leniter contorquentur extrema, quæ extra vul-
nus, quantum ſufficit, perſtingere debent, emplaſtro ſigun-
tur. Commodius eſt pro quavis pertuſione, ſingularem ha-
bere acum & filum adeo longum, ut peracta futura, in
cavitatem non illabantur. Præſtantia huius methodi præ
altera eſt manifeſta. Filum enim una acu contentum,
ea longitudine, quæ ad plures ſufficiat anſas ampliores,
incommode omnino tractatur, & præterea vulnus acu
pertuſum ex pertractione longi fili violentam patitur
alliſionem. Sexto plerumque Nycthemero eximi poſſunt
filamenta, ſive cum ægrotus levem inteſtini ſentit titil-
lationem. Quando evolvuntur fila, ſollicite cavendum,
ne plus quam unicum ſimul accipiatur filamentum. Si
enim duo ſumuntur, fieri poſteſt, ut unius futuræ fila
apprehendantur, quo facto infirma adhuc conſolidatio
inteſtini ad vulnus externum multum pateretur de-
trimenti. Filamentum etiam inter indicem & pollicem,
qui vulneri innituntur, leviter extrahendum.

Inteſtini plane abſciſſi & per ſuturam feliciter cu-
rati, exempla proſtant. Ulyſſipoli, inteſtinum Ileon, cu-
juſdam, cultro abſciſſum, futura interrupta feliciter ſa-
natum *d*). RAMSDOHR ſuperiorem partem inferiori
immittit *e*). BILGUER *f*) idem ad digitum latum fecit
& quatuor Nodofæ ligaturis ſanavit, ſed ita tamen, ut
canalis non obturaretur *g*).

Paræ

d) *Philoſoph. Tranſ. vol 50 P.*
I. 1757.

e) *Memoire de l'Academ. R. de Chir.*

f) *L. c. p. 783.*

g) Ad inteſtinorum immiſſio-
nem obſervari meretur, quod raro
hæc ſuccedat. Coarctatur enim ca-
nalis, unde non leve ægroti naſci-

Partem intestinorum sphacelo correptorum fuisse abscissam & superiorem intestini extremitatem vulnere exteriori alligatam & per modum ani artificialis sanatam, evincunt exempla.

Si omentum ex vulnere propendeat sphacelo correptum, prominens amputanda est pars, ligatura *b*) in viva parte facta *i*); sed disvadet PIPELET, ob usum omenti, quod expansum jacere debet. Idem sola vasa ligare jubet; ceterum amputatur omentum.

§. VII.

Quando impetu sanguinem fundit sauciata arteria ad ligaturam confugiendum, quæ alteram constituit RESTRICTIVARUM speciem.

Usitatae ad hanc inserviunt acus plus minus curvæ, filo latiore aut tenuiore, ut in futuris incarnativis. Si magnæ vulneratæ sunt arteriæ, torcular omnium primo adhibetur, & postea fit ligatura. Minores autem arteriarum rami non sunt subligandi, utpote quibus linteum rasum siccum satisfacit. Ubi ossa subjacent, velut in arteria temporali &c., compressio adhibenda.

Ubi vasa admodum sunt rigida, aut cartilaginosa *k*) inanis est ligatura. Nec procedit ligatio, ubi vasa fragilia *l*) sunt; nam hæc facile pertransit & sanguis denuo erum-

tur periculum', ex. gr. ubi flatus, & quæ sunt reliqua, molestiam creant. In intestinis tenuioribus, tentari hæc potius posset, quam in crassis. Methodus D:ni PERONIER inferendi extremitates intestini cylindricæ chartula lusoria confecto, commendatur.

b) Omenti ligaturam ichorosam securi habere suppurationem VO-

GBL testatur. *Abhandlung von brychen p. 108. & seqq.*

i) POUTEAU *Observ. varia*, 162.

k) D: Theden in tympanatio femore amputato, arteriam inveniebat osseam, cui optimo cum successu turundam intrusit.

l) Si partes putredine ita sunt corruptæ, & ligatura vasculum non retinet, Spongia Quercina, cujus

erumpit, atque hæmorrhagias sæpe efficit lethales. Nec ubi spasmi accedunt *m*).

PARÆUS & ante eum multi ad ligandas arterias adhibuerunt forcipem *n*), in apice tenuiorem aut latiorrem, in hunc finem factum, & multum musculosi simul in ligaturam adsumserunt: sed hanc vasa subligandi rationem inanem GOURMALIN censebat, unde multa hos inter orta est controversia. BROMFIELDT & alii Chirurgi Angli forcipem cum successu adhibuerunt. WHITE majora tantum vasa BROMFIELDI methodo ligat. THEDEN in *observat.*: suis usum forcipis arteriæ prorsus dam-

usum reduxit BROSSARD, sistitur sanguis. Suo damno, insufficientiam ligaturæ, talibus in casibus, sese expertum esse fatetur WARNER *casus in Surgery &c.* De spongia quercina Prof. O. Aercl in *Act. litt. Scient: Holm 1755.* etiam in *observ. Chirurg.* p. 331. plurimas adduxit observationes, *ibidem* p. 109, 110. usum spongiæ ceratæ docet, & quomodo adhibenda, exponit.

m) Post amputationem brachii in Nosodochio Viennensi observavit DN. FLEURANT, agrotum statim post peractam ligaturam, quæstum esse dolorem intolerabilem, qui per horulæ spatium ita excrevit, ut vehementissimæ sequerentur convulsiones: coactus igitur ligaturam forcice discindere, non sine admiratione vidit nullum prodire sanguinem. Explicat hoc phenomenon POUTEAU in suis *observ.* & aliter van SVIETN in *Commentat. in BOERHAAVE aphor.* 218. ubi ostendit arterias post ligaturam connivere. THEDEN in suis

Observat. narrat virum per totam vitam factum epilepticum, ex ligatura arteriæ spermaticæ cum nervo. Plures vidit convulsionibus correptos. HEUERMAN *operat. Chirurg.* in ejusmodi casu, nunquam instituentdam esse dicit ligaturam, ob nervum ab arteria discernendi & separandi difficultatem. WHITE igitur Warneri sequitur consilium, & primum arteriam sperm. inter digitos terit & deinde molli carpto regit linteo. Non ligaturam nervi solam esse causam POUTEAU credit, sed etiam tensionem partium in ligatura simul comprehensarum multum conferre haud ex vano judicat. SOUVAGESIUS in causas trisimi traumatici ita differit: *nec non a brachio aut pede amputato, cum nervi a ligatura sunt constricti.* ejusd. *Nasolag. Method. Tom. 2. Pars 2 p. 14.*

n) Varias habet HILDANUS, talium forcipum figuras. Ctr. *Observat. de gangr. & Sphacelo Cap. 19.*

damnat. Postquam enim in amputatione vidit arteriam se retrahentem & sanguinis fluxum cessantem, nullam ligavit inde arteriam. Præterea ubi arteria non satis profunde apprehenditur, inopinato ligatura vacillare potest. Nec nimis arcte constringenda est ligatura; alias enim separatur, antequam connivere potuit arteria. Hinc contendit POUTEAU o), arteriam saltem sex lineas ab apertura esse ligandam, ubi suppuratio certe ligaturam non efficit fallacem. Addit FLEURANT: quo latior ligatura eo melior; sed LOUIS ligaturam sic justo diutius remanere observavit p).

TANTUM.

o) in observat. var. p. 279. 316.

p) Journal. Medic. par Roux
T. XXXII.



Experientissime AUCTOR.

*D*um pro Doctoralibus in Medicina honoribus, adeo ex merito Tibi conferendis, Reipublicæ Litterariæ ultimum tradis Specimen, facere non possum, quin, aliquid saltem, tenerrimi mei in Te affectus testimonium Tibi persolvam.

Si in lætitia declaranda, qua ex prospero rerum Tuarum successu capior, calamus meus animi rite ageret interpretem, elegans certe Tibi jam obtingeret gratulatio, sed & rudior mea aliquid forsitan habet, quo Tibi sese probet, nam gratulabundus animus, qualis erga Te meus, facilius sentitur quam describitur.

In medio autem gaudii doleo. Abit enim ad exteros meus BOECLER; utinam illius præsentia nimis longo tempore non sit desideranda! At eadem permanet BOECLERI amicitia, & abit in sui & Patriæ utilitatem.

Maneant Te præmia Tua doctrina, & hominum levandi miseras ardore digna! Cedat Tibi peregrinatio jamjam instituenda felicissime! Patria olim non obliviscetur sui commodi ergo suscepti laboris. Vale integerrime amice, & esto semper persuasus, quod summum attingas felicitatis culmen, si ita Tibi procedant omnia, ut eximo pectoris optat

Tuus

N. AURIVILLIUS.

